

Litera Grzymislai canonici Plocensis in  
qua continetur venditio advocatie in Dzwir-  
sno per Nicolaum, Stanislauum, Joannem et  
Jacobum, Jacobo Rzisko

130

Novent universi presentes et futuri, presentium li-  
terarum notitiam inspecturi. Quod ego Grzymislaus cano-  
nicus utriusque ecclesie Plocensis, notum facio per  
presentes, quod acedentes honesti viri Nicolaus, Stanislau-  
us, Joannes et Jacobus fratres germani, cum consensu et  
voluntate matris et sororum suarum, ad meam presentiam,  
scutelliam in Dzwirstno mei canonicatus et prebende,  
non compulsi nec coacti, sed de bona deliberatione animo-  
rum suorum, vendiderunt honesto viro Jacobo dicto Rzys-  
sko et suis legitimis successoribus, cum omni iure here-  
ditario totaliter, pro certa summa pecunie, videlicet pro  
viginti quinque sexagenis grossorum Brutinicalium  
monete, per Jacobum et suos legitimos successores tenen-  
dam, habendam, possidendam, et obligandam, commu-  
tandam, resignandam, vendendam, in parte vel in toto,  
prout sibi placent et sue legitime potentati conver-  
tendam, mea tamen et successorum meorum cum volun-  
tate, cum iure et dominio, prout in privilegio predicti Ja-  
cobi, antecessorumque suorum continetur. In cuius rei  
testimonium sigillum meum presentibus est appensum.  
Sub anno Domini millesimo quadringentesimo nono.  
Actum et datum in Ploczko feria sexta in die sancte  
Lucie virginis gloriose. Presentibus hiis testibus nobili-  
bus et honestis viris, domino Mathia notario terra Plocen-  
sis, nec non plebano in Jemyelnicza, Roszdralone de Ka-  
zykozy, Mroczkone presbytero de Dambrowsco, Joanne de Go-  
sazygo, Cristino de Stbiswo hereditibus, Wyskone, Bzybyslao,  
Dessone

Dafone, Lessone, et Joanne dicto Szelopac kmetho:  
nibus ibidem de Drwirstno, et aliis quam pluribus  
fide dignis